



## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Peregrinus terræ. Fascicvlvs Myrrhæ Siue Considerationes Variæ Super  
Plagas Et Vulnera Christi D.N. Itinerarium. Seraphinus. Civis coeli

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

Lib. II. De abstinentia à malo

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49469](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49469)

# PEREGRINI TERRÆ

seu

*Præparationis & dispositionis ad  
bonam mortem.*

LIBER SECVNDVS.

*Abstinentia mali.*



X huc usque dictis clarè euititatis  
probatumque remanet, quàm necessa-  
ria sit ad bonam mortem præuia bona  
vix dispositio: In hoc secundo libro  
tractabitur de modo huius dispositionis.

Eum verò nos docet Christus Magister noster in sancto  
Evangelista Luca, cum ait: *Sine lumbi vestri præparati  
sint, & lucerna ardentes in manibus vestris, & vos similes  
hominibus expectantibus Dominum suum, quando re-  
uertatur à nuptiis.* Quibus verbis, iuxta S. Augustini  
explicationem, tria comprehensuntur media: primum,  
*Abstinentia mali*; secundum, *Operatio boni*; tertium,  
*Expectatio premii.* Et de hisce suo dicitur ordine.

Optimum medium, optioque ad bonam mortem dis-  
positio est, cum quis sospes adhuc & incolumis, quan-  
tum fieri potest Divinæ Gratiæ auxilio, ab omni abstinet  
peccato. Hunc in præparationes proferemus & motus.

Luc. 12.

S. Aug. 16.

10. serm. 39

ob quæ omni conatu fugere, odioque prosequi teneamur peccatum: quia *Iste est omnis fructus, ut auferatur* *Isa. 27.*

peccatum: nimirum, fructus Passionis & Mortis Christi rotus est destruere peccatum, & hinc quoque noster fructus, nostrum studium, nostrum desiderium sit, oportet; ut, videlicet à nobis tollamus omnem peccandi materiã & occasionem, semper puros & mundos in conspectu Dei nos conseruemus. Huius nobis exemplum dedit sanctissima Mater Dei, quæ, cum adhuc in templo moraretur, accuratissimè, omniq; diligentia, veluti reuelauit S. Elizabethæ, obseruare studuit hæc duo præcepta: putat, Amorem sanctum Dei & proximi, & odium peccati: *Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde, & proximum sicut teipsum: & odio habebis inimicum tuum, id est, peccatum.* Enim verè affirmari potest, peccatum solum esse verum nostrum inimicum, siquidem hoc solum animæ nostræ nocere, & infinitum damnum inferre potest. Progrediamur igitur ad motiua, ob quæ peccatum odio habendum & fugiendum sit. Ac primum sit.

*S. Bonav. in vita Christi.*

*Peccatum est summum malum.*

## CAPUT I.

**P**eccatum malum est, & absolutè malum; id est, omne *S. Aug. in*  
& infinitum malum. Ac primum est infinitum malum *medit.*  
in genere iniuriæ, quia est offensa Dei infiniti: & eò  
maior est iniuria, quò maior est dignitas personæ of- *S. Thom.*  
fensa. Secundò, est infinitum malum in genere damni,  
quia priuat nos infinito bono, quod est Deus. Tertio,  
est infinitum in genere sensus, quia condemnat  
nos infinita peccata ignis infernalis. Quarto denique,  
est infinitum malum in omni genere mali: *Propter illos, Eccles. 40.*  
*(id est, peccatores) factus est cataclysmus, id est, vniuersale diluuium omnium pœnarum.* Tria in Scriptura sacra leguntur diluua: vnum fuit aquarum tempore Noë alterum erit ignis in extremo Iudicio: vltimum diluuium omnium pœnarum erit in inferno in pœnam peccatoris. Ex dictis inferetur tanquam necessaria con-  
sequa-

S. Aug.

S. Bern.

lib. 2. q. 71.

m. 6. Caiet.

quentia: si peccatum est summum malum, ergo est so-  
 lum malum: Hi duo termini *summum* & *solum*, vix  
 mul eueniunt in bono; ita & in malo. Deus est in-  
 nitum & summum bonum; ergo, bene inferitur, est so-  
 lum bonum: quia *omne bonum aut Deus, aut Dei est, pro-*  
*ta, effectus dependens & participatus à Deo.* Ad eus-  
 dem modum peccatum est summum & infinitum ma-  
 lum, si non *intensivè*, ut loquuntur Theologi, sal-  
 tem *obiectivè*: ergo est solum malum; quia omne ma-  
 lum est tale, aut quia peccatum est, aut quia ad illud  
 ordinatur. Unde patet, peccatum non duntaxat esse  
 infinitum malum; sed summum & solum malum. Et  
 hac prima ratione convictus remanet Christianus, odio  
 habendum esse peccatum, & non quocumque odio sed  
 summo & infinito, neque infinite duntaxat sed solitariè.  
 Odio habenda non est paupertas, non infirmitas, non  
 inimicus, nec ipsa mors (hæc enim in se mala non  
 sunt, nec sunt offensæ Dei, non sunt contra Deum, ne-  
 que nos Deo priuant) at solum peccatum, ut solum est  
 verum malum, ideoque odio habendum & fugiendum.  
 Verum quæ est causa, quod, cum peccatum sit tam ma-  
 gnū malum, horrendumque adeo monstrum, non  
 tantum non fugiatur & odio habeatur; sed etiam amo-  
 tur, desideretur, ac procuratur? Ratio est, quæ  
 comparat larvatum, malitiam suam & turpitudinem  
 sub larva sensibilis voluptatis & oblectamenti abscondit  
 & contegit: quemadmodum si Diabolus sub forma pu-  
 eherrimi adolescentis compareret, seque hominem ob-  
 feret oculis. Verum est, imò verissimum, peccatum esse  
 malum, & infinitum malum, ut dictum est: at non est malum  
 quod oculis corporeis sensus, sed spiritualibus animæ conspi-  
 citur oculis: non est malum sensibile, sed malum intel-  
 ligibile. Quapropter si videre desideres, quam grande  
 malum sit peccatum, quanta sit eius turpido, noli in ex-  
 ternæ boni sensibilis apparentia persistere; sed perge vi-  
 terius, & intellectus fideique lumine ad ipsum & pro-  
 prium peccati malum usque, sub illa boni apparentia  
 contractum & absconditum, penetra, & peccatum non  
 malum duntaxat; sed summum esse malum & summum  
 in omni genere mali deprehendes: summum malum in

amaritudine cordis: summum malum in remotu conscientia: summum malum in offensa Dei: summum malum in pœna damni sensus. Quamobrem consulit S. Augustinus: *Peccatores intelligite: ac sic diceret: peccatores considerate & intelligite, qui non solum sensu præditi estis; sed etiam intellectu, & hic est pars vestra principalior: ideoque intelligite, non ad id, quod sensus vobis repræsentat, respicite; sed malum, quod sub externa illa boni apparentia absconditur, contemplamini, inspicite, ponderate: Intelligite, quia malum & amarum est reliquisse Deum. Expertus in hoc ipse sum, creditore mihi, ait idem S. Augustinus. Quia vnum alteram uè experietur peccator: aut dolorem continuum in hac vita, aut cruciatum & pœnam æternam in altera. Virumq; malum, amarum virumq;. Ab utroque liberame, Domine.* Apposita quâdam similitudine explicat & declarat S. Augustinus stultitiam peccatoris, qui propter vnam duntaxat apparentis dulcedinis stillam, deglutit infinitam peccati amaritudinem. Comparat peccatorem deceptam decepto pisci hamo sub elca abscondito capto: *Escam deuorat, qui hamum non videt, capit escam promptè lætanterque, quia non aduertit fraudem, non cognoscit hamum sub elca latentem.* At quando piscator incipit piscem attrahere & conducere ad litus & ad mortem: *Tunc torquentur visceratus, mortis perferunt agonem, summoque suo damno & experientia probat hamum pœnam, quam primò non agnoscebat.* Talis est casus miseri peccatoris: *Escam deuorat, qui hamum non videt.* Videt apparentem peccati escam; at non conspicit occultum venenum internæ malitiæ culpæ: & quia non considerat verum malum, sed apprehendit duntaxat apprensens bonum, capit escam, & hamo capitur: fruatur voluptate, & ligatus remanet, & de culpa condemnatus. Piscis sumendo escam gaudet; & quando hamo attrahitur, cruciatur: Ad eundem modum peccator lætus vivit & hilaris in statu peccati; at quando obructur infirmitate, quando manus Dei vindicatrix comparebit, quando temporis fines egredietur, æternitatisque subintrabit regiones, tùm sentiet, tùm experietur, *quanta*

Tho posterior

D

sormen-

S. Aug. in  
Medit.

Jerem. c. 2.

S. Aug. ib.

LOYSII  
DEREI  
LIB. II  
O. V

tormenta cum aviditate deuorauerit, quàm graue fuerit malum, quod concurrat propter momentaneam voluptatem. Considera, quâ ratione in hoc vasto Mediterraneo oceano cuncti Angeli piscationi incumbant facti piscatores hominum, tum boni, tum mali Angeli. Cape bonorum Angelorum escam, quæ est celestis consolatio: peccatorum verò escam Dæmonum, quæ est peccati oblectamentum. illâ enim capiêris ab aureo hamo Diuini Amoris in æterna vita; hac verò ab hamo infernali odii Dei in æterna morte. Solido igitur fundamento nititur prima ratio, quâ probatur odio summo habendum esse peccatum: quia est summum malum, malum nõ sensibile quod sensus percipitur oculis, sed intelligibile, quod oculo intellectus & fidei cognoscitur. Quapropter nõ erres, temporalibus Mundi illectus bonis, claudis sensus oculum. & aperi oculum fidei, contemplantur considera non apparens bonum escæ; sed verum & æquum hami sub illa absconditum.

*Peccatum, Infernus portatilis.*

CAPUT II.

lib. 3. de offic.

Psalm. 24.

S. Bern.

serm. 24. de Assumpt.

Ioan. 8.

**S** Ambrosii sententia est: *Impii, etiam dum uiuunt, in inferno sunt, patiuntur pœnas Inferni habent Infernum portatilem: quocumque vadunt supra seculum deferunt tormentum: Sic uiuentes in Infernum descendunt.* Priusquàm descendant in Infernum mortui, iam ibidem inueniuntur uiui. Idem confirmat sanctus Bernardus: *Infernus anima rea constituitur.* Et id ipsum probat ratio: enim uerò sunt in Inferno: primum, perpetua seruitus Diaboli secundum pœna damni: tertium pœna sensus. Et in tres pœnas experitur peccator in peccato mortali constitutus. Primum, est mancipium & seruus Sathanae libertate destitutus. *Qui facit peccatum, seruus est peccati, & per peccatum mancipium constituitur Sathanae, qui est Dominus ac Princeps Regni peccati.*

tundō, habet pœnam damni: quia se priuat Deo; dicit se istos priuat Gratiã. Tertio, sensus fust net pœnam propter remouum & stimulum conscientia, qui continuo mordet & torquet miserum peccatorem. Præterea, sicuti de Gratia affirmatur, quod sit *inchoatio aternã vitã*: ita de peccato affirmari poterit, quod sit *inchoatio aternã mortis & damnationis*. Equis hoc statu peior repenti poterit? Alii timent statum pauperatis, dolent alii se esse infirmos, alii ægrè ferunt, quod persecutiones patiantur; ac nulla est paupertas, nulla miseria, mors nullã, quæ in comparationem veniat cum infœlici cuiusdam peccatoris conditione. Respondet fortassis Mundus in eorum fauorem: experientiam obstat in contrarium: etenim peccatores videmus abundantes in sæculo, magni æstimatos, honoatos, diuitis, voluptatibus & delitiis affluentes, omnia denique ad eorum voluntatem fluere conspicimus. Verum manifestè decipitur, quicunque veram fœlicitatem in eo consistere arbitratur, quod plena quis possideat promptuaria gemmis, cistas, seriniã, camerasque pecuniã, vestibus pretiosis & suppellectile confertas habeat, visum harum aspectu recreet rerum appetitui sensuuo indulgeat, totoque vitæ tempore mulicorum eactu, conuiuio, epulis, ludis & iocis delectetur. Hæc à SS. Patribus appellatur fœlicitas infœlicissima, opulencia pauperrima, dulcedo amarissima: vera namq; fœlicitas, verumq; gaudium illud est, quod est intra animam, intra cor, intra conscientiam: hoc verè satiat, fœlicem beatumque efficit possidentem. Diuinæ Sapientia doctrina est, homines fœlicitum & in Gratia Dei constitutum esse verè fœlicem beatumque: *Beati immaculati in via*: illi *Psal. 118.* verè beati sunt, qui sunt immaculati, nulliusque peccati maculæ sibi conscii in Diuino viuunt amore. Ast beatitudo Iusti tota in interiori consistit: *Omnis gloria eius ab intus.* Tota pulchritudo *Psal. 44.* do & gloria hominis iusti est intra animam, quia non est corporalis sed spiritualis pulchritudo & excellentia. Omnis igitur Iustus, esto pauper, diues est, sed *intus*: esto affluens, contentus est, sed *intus*: esto

LOYSII  
DEREII  
1200  
O.V.

ab omnibus creatoris derelictus & infœlix æstimatus  
 fœlicissimus est, sed *intus*, in anima, in corde, in con-  
 scientia. Et idem pariratione dicendum est de peccatore:  
 conditio eius infœlicissima est, & status miserabilis  
 at tota hæc miseria *intus* est, in anima, in corde, in  
 fundo conscientia. Sic peccator ditissimus, nihilominus  
 pauper erit, sed *intus*; sic contentissimus, malè  
 contentus erit, sed *intus*: quantumvis fœlix sit, tamen  
 infœlicissimus, sed *intus*. Vero verius est, peccatorem  
 paucillum mellis gustare in ore; sed maneat

*S. Cyrill.* star fel corde: *Mel in ore, sed fel in corde.* Ex aureo

*Apoc. 17.* bit scypho, sed potum mortis ex eo suguat & guttat: *Cal-*

*culum aureum, sed plenum abominatione.* Distinguitur

extant beatitudines, externa & interna, & corporalis

& animæ: & vna ab altera distinguenda est, veriusque

natura conditionesque bene inuestigandæ sunt & agnos-

scendæ. Hinc ortum ducit fallacia & deceptio. Multus

qui non distinguit, non diuidit, non cognoscit, non

considerat: more cæcorum incedit & ambulat, quocumque

ei obijcitur, capit, quodcumque obuium deprehendit,

ori apponit & deguttat, neque, an panis, an piscis sit,

aduertit. Tu igitur apertis oculos, examina paulisper,

quæ qualisque sit beatitudo externa bonorum corporali-  
 um: & reperies eam esse beatitudinem apparentem, beatitudinem

fugacem, beatitudinem corporis humanum exsatiandum insufficientem, beatitudinem

in carne corruptibili fundatam, tempore brevissimam

mensuratam, variis doloribus angoribusque circum-

datam.

Ex alia parte considera beatitudinem animæ, quæ

vera, quàm stabilis, quàm sufficiens ad explendum

nostrum desiderium existat: quæ ratione fundata sit in Deo,

& in participatione omnium bonorum celestium, mensurata æternitate,

ab omni dolore & timore, qui internam cordis pacem turbare

posset, remotissima. Et, quod magis necessarium est, considera (hoc solum

sufficiat) quæ ratione fœlicitas corporalis aliud sit, quàm æterna

animæ damnatio: hoc vnicuique pondera, eoque bene ponderato,

mentem animumque mutabis. Neque cum Mundo amplius dices: *Beatus*

*est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*

*Beatus est mundus iste.*



populus, cui hab sunt: beati illi, qui presentibus temporalibus abundant bonis; sed cum Psalmista asseres: *Beatus populus, cuius Dominus Deus eius*: beati isti, qui totam suam felicitatem & beatitudinem in Deo collocant. Verissimum igitur est, quod ab initio dictum fuit, statum peccatoris esse statum miserum: quia est status principata & participata damnationis, cum in se contineat peccatum, quod est Infernus portatilis, & est miseria ab intus, in interiori corde, esto extrinsecus contrariam commonet apparentiam.

## Peccatum peius Inferno

### Caput III.

Difficilis primâ fronte videtur huius propositionis probatio, reperiri, nimirum, aliquid peius ipso Inferno, cum hic extrema, quæ animæ obtingere potest, sit miseria. Nihilominus ratio id demonstrat, & fides vna cum SS. Patrum opinione docet, miseriam peccati longe maiorem esse ipsa Inferni miseria: enim verò peccatum est culpa, & Infernus est pœna: omnis autem culpa, etiam minima, maior est quacunquæ pœnâ, esto gravissima, qualis est pœna Inferni: siquidem culpa est in superiori ordine mali. Præterea peccatum est contra Deum, pœna verò est contra creaturas; unde peccatum dicitur Deicidium & Christicidium: etenim certo quodam modo, & ex affectu, tollit destruitque esse Dei, cum rationem ultimi finis (Deo propriam) collocet in creaturis; aut pœna, esto sit infernalis, non causat hunc effectum: cum destruat duntaxat aliquod bonum creatum, veluti in pœna sensus: aut certe participationem boni increati, uti in pœna damni. Malum igitur culpa sine comparatione peius est omni malo pœnæ: & per consequens peccatum ipso peius est Inferno. Eadem quoque veritas confirmatur opinione & sententia SS. Patrum, qui, si penes eorum staret electionem, potius pœnas Inferni sustinere, quam participare eligerent de quacunquæ peccati culpa. Audi

D 3

S. Augu-

*S. Aug. 16.* sanctum Augustinum : *Mallet purus à peccato gub-*  
*10. serm. 9.* *nam intrare, quam sorde pollutus caeterum regna*  
*S. Anselm.* re. Verbis isdem quasi loquitur sanctus Anselm.  
*de similit. 6.* Et tunc hoc non de peccato mortali duntaxat; verum  
 9. etiam de veniali sancti Patres affirmant & sentent.  
 quidem & hoc quoque est in superiori ordine ma-  
 ius & omni poenâ inferioris ordinis, comprehendit  
 etiam poenâ infernali, maius est. Reitaque sic con-  
 stituta, quæ causa est, quod peccatores ad peccandum  
*Job, c. 15.* adeo faciles sint & voluntarii, & bibant quasi aquam  
 quitatem, cum ex alia parte peccatorum tam graue malum  
 sic, vt etiam ipsum longè excedat Inferni malum.  
 Quod maiori admiratione dignum est, idem pec-  
 tum contrarios adeo producit effectus: peccator  
 ita inescat & allicit, vt, modo illo fruatur in inferno  
 Inferni barathrum se precipitare stocci pendat: I-  
 stos vero adeo deterrere, vt, ne idem committerent  
 eligant potius Inferni sustinere poenas. Sicque camp-  
 stus, quam Peccator eligit Infernum: at Iustus  
 peccet: & Peccator, vt peccet. Neque peccatum dicitur  
 hos hos affectus & opiniones in diuersis, sed in vna  
 causat personis. Quemadmodum videre est in plu-  
 mis Sanctis, qui ante conuersionem suam adeo peccato  
 oblectabantur, vt illius causâ parati fuerint atque  
 sese subiicere poenis; at post conuersionem suam  
 tum in peccatum concipiebant odium, vt, ne illud  
 committeret, eiusdem Inferni poenas subire contem-  
 fuerint. Et tantæ admirationis causâ hæc est: quod  
 peccatum duas habet facies & apparentias; si illud con-  
 templeris exterius, quemadmodum peccator  
 contempletur, adeo delectabile comparet, vt illius peccati  
 dendi gratia vtilior, magisque expediens iudicetur  
 iuscunquæ, etiam summæ poenæ infernalis toleranda  
 est Iusti, qui peccatum sub alia forma, & secundum  
 quod in rei veritate, & non in apparentia est, contem-  
 rant, non odio habendum & abhorrendum duntaxat  
 iudicant; sed etiam, si foret necessarium, poenas inferna-  
 les potius eligerent, quam illud committerent. Effec-  
 ctuum igitur adeo diuersorum causa est diuersa con-  
 sideratio. Verum si huius quoque causam postules,

non est, quam diuersitas luminum. Peccator considerat peccatum in lumine sensus: Iustus uero in lumine intellectus & Fidei: quapropter optimum est consilium, quod nobis suggerit D. Augustinus, & supra adduximus. Et illud idem alius raderetur imprimaturque nostrae memoriae, placet id de nouo repetere: *Peccatores intelligite*, considerate, quod agitis, nolite, ueluti bruta, in quibus non est intellectus, operari in lumine sensus materialis, seponendo considerationem in lumine intellectus & rationis. *Peccatores intelligite*, intellectu peccatum perulstrate, non exterius, sed interius: considerate malitiam, deformitatem, damnationem, tantorum malorum, quae in se peccatum complectitur, cumulum. *Peccatores intelligite*. Considerate peccatum non in ordine ad creaturas, sed in ordine ad Deum: in quantum est contra Deum, qui est offensa Dei, iniuria Dei: qui enim bene ponderat, quanta & quam magna res sit Deus, cognoscit quoque, quam magnum malum sit offensa Dei. Et peccatum est contra Deum pluribus modis: primò est contra Deum, ut Deus est: secundò est contra Deum, ut Trinus est: tertio est contra Deum, ut primum principium est: quarto est contra Deum, ut ultimus finis est: quinto est contra Deum, ut legislator est: sexto est contra Deum, ut Remunerator est: septimò & ultimò est contra Deum, ut Redemptor est. Peccat peccator contra Deum ut Deus est, Diuinam eius spectando excellentiam: contra Deum, ut Trinus est, peccat, sanctissimae Trinitatis imaginem & similitudinem, quam in se habet, deformando: contra Deum, ut primum principium est, peccat, uiribus & potentiis à Deo sibi concessis contra ipsummet Deum abutendo: peccat contra Deum, ut ultimus finis est, collocando ultimum suum finem in creaturis: peccat contra Deum, ut Legislator est, quia legibus & praeceptis eius non obtemperat: peccat contra Deum, ut Remunerator est, quia non timet poenas, nec sperat premia aeterna: denique peccat contra Deum, ut Redemptor est, quia flocci facit, imò spernit & concludat pretiosissimum eius sanguinem. *Peccatores igitur intelligite*: & si acimum alius erigere, & peccatum in ordine ad Deum considerare nō

D 4 valca-

S. Aug. loc.  
cit.  
Psal. 49.  
Psal. 31.

LOYSII  
DEREI  
O V

Isaia c. 30.

valcatis; saltem illud considerate in ordine ad vos  
 Propter vestrum commodum & interesse. *Ambulate  
 in lumine ignis vestri, & in flammis, quas succendisti.*  
 Extremam vestram ruinam & damnationem, iam iam  
 vobis imminentem, inspicite: ambulate in luce æterni  
 ignis Inferni, à peccatis vestris & propter peccata ve-  
 stra iam accensi. In hac luce plurima, quæ modo ve-  
 latent, cognoscetis. Legetis ac intelligetis, quid sit  
 Deus, qui offenditur: quid sit creatura, quæ cum offe-  
 ndit: quàm exiguum & modicum bonum sit, quod la-  
 teramini: quàm magnum & excellens bonum sit, quod  
 perditis: quàm brevis & modica sit peccati voluptas &  
 oblectatio: quàm longa pœnæ æternitas. Legetis  
 quàm magnum malum sit peccatum, quod, videlicet,  
 nullum sit malum, quod cum eo veniat in comparationem,  
 quod quouis alio malo, etiam ipsiusmet Inferni  
 malo maius sit, & maximum inter omnia. Oignis  
 fernalis, sis dux noster & illuminator! O lumen!  
 O ignis è peccato natus, qui contra idem peccatum nobis  
 es antidotum: si nos vivos illuminaveris in presenti  
 vita, mortuos nos haud torquebis in futura. *Ambulate  
 igitur peccatores in lumine ignis vestri:* ex hoc namque  
 igne nascetur alius ignis sancti & puri amoris Dei: non  
 timor pœnæ duntaxat; verum etiam timor offensæ  
 Dei tanquàm fratrum, quo ab omni peccato abstinere  
 vobis inseruiat.

*Peccatum, & à Deo, & ab omnibus  
 creaturis odio habitum & male-  
 dictum.*

#### Caput IV.

Sap.

Aug. lib. 7.

**O**dio sunt Deo impius & impietas eius; at diverso  
 modo & ratione: peccatum per seipsum, & pec-  
 cator propter peccatum. Quia, ut ait D. Augustinus  
*Non odit Deus Esau hominem, sed Esau peccatorem.*  
 Quod

Quod idē confirmat S. Hieronymus in hęc verba: *proū Ad Simpli-*  
*pens: Amat Deus hominem. vt artifex fabricam; sed odit cium. q. 2.*  
*mala opera, quibus fabrica vrgetur in lapsum.* Neq; pec-  
 catum odio habetur duntaxat; verū etiam maledici-  
 tur à Deo. Præcipiebat Deus in antiqua lege sua, vt  
 Sacerdotes vnà cum Arca & vniuerso populo in certa  
 quadam valle congregarentur, ibidemque è loco subli-  
 miori prælecto libro legis altâ voce benedicerent omni-  
 bus illis, qui legem obseruabant; iis verò, qui eandem  
 transgrediebantur, maledicerent: totusque populus  
 cuncta sigillatim approbaret, respondendo, Amen.  
 Sacerdos dicebat: *Maledictus homo, qui facit scriptile: Deut. c. 27.*  
 & populus respondebat, Amen. Sacerdos: *Maledi-*  
*ctus homo, qui non honorat patrem & matrem:* & po-  
 pulus respondebat, Amen. Eodem modo Sacerdoti-  
 bus de reliquis legis præceptis pronunciantibus semper  
 populus respondebat Amen. Vbi aduertendum, maledi-  
 ctiones Dei non solum esse verbales, veluti sunt maledi-  
 ctiones hominum; sed reales esse & efficaces, quia,  
 quod indicant, efficiunt: & sicut benedicere Dei est  
 benefacere, ita maledicere est castigare & punire. Hoc  
 in passu parumper iam consistat peccator, & consideret,  
 quot quantasque Dei maledictiones nocte dieque sibi  
 congreget & accumulēt. Numerus maledictionum  
 crescit iuxta numerum peccatorum: quot committit  
 peccata, quot operatur transgressiones, quot vicibus  
 aduersatur & rebellis est legi Dei: toties à Deo maledi-  
 citur. Ecce igitur, quot maledictionibus repletur pec-  
 catoris anima. *Maledictus erit in ciuitate, maledictus*  
*in agro. Maledictus ingrediens, & maledictus egrediens. Deut. c. 28.*  
 Et venient in eum omnes maledictiones ista, donec inter-  
 eat. Quia non audiuit vocem Domini, nec seruauit  
 mandata eius. Verū hęc nondum finis est extremæ  
 peccatoris miserix. Odio habetur & maledicetur à  
 Deo, & simul ab omnibus creaturis: etenim omnes  
 creature vindicare nituntur iniuriam & Creatori suo  
 & sibi illatam, eò quod peccator ipsis creaturis, ritè re-  
 ctèque in obsequium Dei vsurpandis, malè & contra  
 ipsammet Deum abusus fuerit. Quemadmodum, si  
 famulus rebellis factus Domino suo, inimico eius ob-  
 sequia

D s

**S. Anselm.** sequia & famulatum præliturus abiret, non  
*de similit. c.* ipsum Dominum exacerbarer, sed etiam totam eius fa-  
 102. miliam iustissimè irritaret. Ad eundem modum, ut

homo per peccatum fit rebellis Deo, communicatio  
 aduersatio & inimico sua defert obsequia & seruitu-  
 non tantùm iustam Dei iram prouocat; verùm etiam  
 totam eius familiam, cunctas, videlicet, creaturas ad  
 dignationem concitat. Et iusto Dei iudicio omnia con-  
 tinentur nobis ad usum utilitatis, omnia in nostram utilita-

**S. Gregor.** *Hom 31. in* rant vindictam: quia que ad usum nature moderatè  
*Evang.* accepimus, ad inordinatum usum culpa conuertuntur.

Quapropter mirum non est, peccato obnoxium esse  
 locorum quietem reperire eo quod in omni loco  
 uios habeat inimicos: si in terra constitutus est, si  
 eum absorberet: si in aqua, suffocaret eum: si in  
 peste eò iniceret: si in igne, flammis suis eum absum-  
 ret, nisi Deus iam dicta elementa impediret. Cuius  
 denique creaturæ suo modo semper promptè sunt  
 paratæ, ut peccatorem semper excrucient torquent  
 que: veluti facient in Vniuersali Iudicio, & in Iudicio  
 no, id Deo tùm permittente propter peccatam proinde  
 tam. O utinam in considerationem veniret tremenda

**Sap. 5.** ille dies, quando pugnabit cum illo orbis terrarum cum  
 insensatos, quando omnes creaturæ cum Deo se armis  
 bunt contra rebelles eius: & armabit creaturæ ad vinctio-  
 nem inimicorum. Deus ipsemet vires æquivalentes  
 creaturis suppeditabit; ut vindictam de sceleratis  
 mere possint. O si peccatores considerarent ac præ-  
 detent tremendam ad eò diem! O si terribile tempus  
 lud præfens semper eorum obuersaretur memoria  
 quam lubenter vitam mutarent & mores, quam factè  
 insidem foret deserere vitam liberam sensus, & amplius  
 rationabilem virtutis semitam? Verùm quæ ratio  
 (quispiam interrogabit) creaturæ insensatæ sensum  
 bere poterunt, ut se de homine vindicent? Respondeo

**S. Hier. in** S. Hieronymus, quod omnes creaturæ etiam insensatæ  
*Matth. c. 8* sentiunt Creatorem, non intelligendo, sed obediendo: ut  
 cem Dei sentiunt, obtemperando ei: non autem  
 quod Deus loquitur; sed faciunt, quod Deus mandauit  
 & præcipit, subuò, promptissimè, absq; vllâ resistenti-  
 ad e

ad minimum etiam Diuinae voluntatis nutum. Hanc  
 veritatem egregie pertractat S. Chryſoſtomus conſide- *S. Chryſoſt.*  
 rans ac deſerbens punitionem & mortem Abſalonis: *in Pſalm. 7*  
 cuius iuſtitia miniſtri nulli alii fuerunt, niſi ipſemet crea- *& ſerm. de*  
 turæ rationales. Captus & ex arbore ſuſpenſus re- *Absolon.*  
 maſcit, ac in ea mortuus. Miles ſeu apparitor, qui illuc *tom. 1.*  
 conduxit Abſolonem, mulus fuit, cui inſidebat: *Pro*  
*mulus eum adduxit mulus.* Patibulum fuit arbor:  
*pro ligno arbor.* Laquei, quibus ſuſpenſus fuit, proprii  
 eius exſcitare capilli: *pro fune coma.* Lictor ſeu executor  
 iuſtitia, qui cum interreccioni dedit, & mortem iſtulit,  
 fuit idem mulus, qui animali ſubducto arbore ſuſpendi-  
 tur, ſtrangulatur à ramis & tranſfixo guttore moritur. *O*  
*neſandum meritum parricida!* exclamat hinc D. Chryſo-  
 ſtomus. O ſummam crudelitatem, impietatemque par-  
 ticidæ filii mortem Dauid patri ſuo machinantis! *Iniu-*  
*riam patris non pugnantis gladius, non hoſtilis manus, non*  
*accuſantis iuſtus defendit; ſed vendicant ligna, arbor vici-*  
*ſatur, rami defendunt:* ſolæ creaturæ inſenſatæ ad mor-  
 tem patricidæ filii concurrunt, vt de eo ſumant vindi-  
 ctam. Echuſ idem ſanctus Doctor rationem reddit:  
*quia omni creatura mouetur, cum ipſum Dominum ſen-*  
*ſeri moueri: omnes creature ſuo ſe conformant Crea-*  
*tori, & ad vindictam concurrunt, quando Deum ita velle*  
*& præcipere ſentiunt.* Verùm ad vltimum miſeri  
 peccatoris exterminium progrediamur. Peccator  
 odio habetur & maledicitur à Deo, parum eſt: odio  
 habetur, & perſecutionem ſuſtinet ab omnibus creatu-  
 ris, & hoc parum eſt. Ecquid adhuc ſuper eſt? Num ma-  
 ius malum excogitari poteſt? Vtique aliud in ſuper ma-  
 lum erit: quia non ſolum in Inferno & Deo & cunctis  
 creaturis odio erit; verum etiam à ſeipſo odio habe-  
 bitur & maledicetur. O miſerabilem & execrabi-  
 lem, quem peccator attingit, caſum! Peccator ſe à ſe  
 diuidit & ſeparat. Idem odio habet, & habetur: odio  
 ſeipſum habet, & odio habetur à ſeipſo. Eccece ra-  
 tionem; quia propter intenſum odium, quo in Deum  
 fertur & exiſtat peccator, cunctas creaturas, veluti  
 Dei effectus odio perſequetur, & præſertim illas, in qui-  
 bus expreſſa Dei continetur imago, veluti ſunt animæ  
 noſtræ

LOYSI  
 DEREI  
 1701  
 O.V.

nostræ: & inter eas & seipsum & animam suam odio  
 tenso & continuo inestabitur, quemadmodum inter  
 sum & continuum odium est, quo ardet in Deum. Qu  
 igitur hac miseriam peius excogitari potest? Odiob  
 beriam Deo, à creaturis, & à seipso: esse obiectum mal  
 dictionis & Dei, & creaturatum, & suiipsius? Hic est  
 status peccatoris, hæc eius erit hæreditas in Inferno.  
 Quod si igitur summum illud periculum euadere, ob  
 umque omne effugere desideres, odio plusquam v  
 niano nunc, antequam mors acceleret, inleat  
 peccatum, & vitam cum moribus muta.

*Peccatum, suiipsius pœna.*

Cap. V.

*S. Aug. in  
 Psal. 36.  
 S. Chrysof.  
 sua. Idem hoc confirmat S. Chrysofomus, dicens  
 Hom. 6. ad  
 pop.  
 Seneca.*

**D**E peccatore asserit S. Augustinus: *Sibiipsi tormen  
 est. Ipse est pœna sua, quem torquet conscientia  
 sua.* Idem hoc confirmat S. Chrysofomus, dicens  
*Magnum supplicium est peccare, etsi non puniatur.* Ver  
 ritas hæc neque ipsos laruit Gentiles: vnde dixit Philo  
 sophus moralis: *Maxima pœna peccantium est, peccare  
 Et sceleris in scelere supplicium est: seu punitio peccati  
 ipso peccato est.* Pro meliori veritatis huius notitia  
 tria in peccato distinguenda sunt: culpa, reatus, & pœna.  
 Et tamen si pœna remitteretur peccatori, eò quod Deus  
 eum punire noller; nihilominus in culpa & reatu  
 est pœna intrinseca, essentialis & inseparabilis, quæ pecc  
 ator semper excrucietur & torquetur à peccato.

*S. Chrysof.  
 Hom. 21.*

Probatum primò quò ad culpam: quia culpa in quatu  
 rum culpa nil aliud est, quàm *ordinatio quadam & de  
 structio ordinis: etenim affectus, qui debebat esse or  
 dinatus & directus ad Deum, inordinate convertitur ad  
 creaturas: vnde cor peccatoris est cor inuersum, con  
 deorsum: supra namque creaturas in Deo stare debet  
 & stat sub illis contra Deum. Hæc cordis inuersio &  
 inordinatio in peccatore causat, ut is continuo afflig  
 tur cruciatu & tormento, & nunquam possit reperire  
 quietem. Quemadmodum, si corpus nostrum firmum*



mutaret, & caput deorsum, pedes verò sursum verte-  
ret, esto nullâ aliâ affligeretur pœna; hic tamen standi  
modus inordinatus & incompotus maximam & conti-  
nuam ei inferret molestiam, nec vquam in huiusmodi  
sua quietem habere posset. Idem casus occurrit ani-  
mæ peccatrici; enimverò inuersa stat, caput amoris  
sub creaturis, & pedes vsus sursum in Deo habet. Et  
hoc illud ipsum est, quod ait D. Augustinus: peccator  
nō agit aliud nisi *frui vrendis & vri fruendis*: amat Deū  
& creaturas; at creaturas propter se, & Deum propter  
creaturas, contra ordinem naturalem & Diuinum, con-  
tra ordinem Rationis & Gratia præcipientem, Deum  
amandum esse propter se, & creaturas esse diligendas  
propter Deum; quod est dare ipsum *frui & fruitionem*  
soli Deo; ipsura verò *vri & vsum* solis creaturis. Ne-  
que hic gradum sinit peccati inordinatio: quia etiam  
totius Uniuersi ordinem distubat & peruertit: *Est per-  
uersio ordinis vniuersi*: in quantum, videlicet, cunctis  
abuzitur creaturis, diligendo eas propter seipsas, & in  
proprium suum commodum, non propter Deum. Un-  
de peccatum non est particularis; sed vniuersalis inor-  
dinatio, susque deque ferens omnes creaturas, destru-  
ens ordinem, ac pulchram harmoniam ab ipso Creato-  
re positam. Quod si igitur peccatum ex natura sua nil  
aliud est quàm inordinatio, peruersio & perturbatio,  
quam pacem & quietem peccator reperire poterit? Con-  
tinuam expetitur pœnam & afflictionem. Quamob-  
rem, esto aliam peccatum haud sortiretur pœnam, illud  
ipsum pœna est, culpa pariter & pœna est: est pœna in-  
trinsicca & inseparabilis à culpa, est pœna culpæ semper  
proportionata: maior namque aut minor erit, prout  
maior aut minor est culpa. Patet igitur, peccatum non  
tantum esse culpam, sed etiam peccatoris pœnam.

Ostendamus ac probemus idem quoque de reatu,  
qui est debitum æternæ pœnæ: enimverò passiones ti-  
moris & spei hanc sibi vendicant proprietatem, vt parti-  
cipent de malo quod timetur, & de bono, quod speratur.  
Si quidam delinquens detinetur carceri inclusus cum  
periculo vitæ, pœnâ affigitur, & non aliâ nisi timore  
pœnæ. Nonnullus alius ex Hispania præstolatur pro-  
morio.

LOYSII  
IDEREI  
T. M. A.  
O. V.

motionem ad aliquod officium, & gaudet, non propter aliud, nisi propter spem dignitatis, quam expectat. Idem euenit timori pœnæ æternæ, & spei æternæ gloriæ: *Spe gaudentes*, ait sanctus Paulus de Iustis: *semp læti & hilares sunt solâ spe bonorum cœlestium. Et timore dolentes de miseris peccatoribus asserendum erit quod semper viuunt continuo vexati & afflicti timore æternæ pœnæ. Peccatum igitur in seipso pœna est, non solum ratione eius, quod in futuro & in Inferno sibi acquiritur, verum etiam propter id, quod præsentis vitæ tempore & in culpa & in reatu experitur.*

Verum quæ qualisue sit intrinseca peccati pœna, quæ lesi insuper in peccatoribus causet esse debet, exponit sanctus Chrysostomus, cum ait: *Vmbra tremant, omnia strepitum timent, sonitum folii volantis quasi gladius cogitant, præterea quemcumque putant ad se venire, ad se progrediri.* Et quod maiori admiratione dignum est, ipse sibi aduersarius est & inimicus: *Nullus prodit argente, nullo condemnat accusante, et fugit nemine persequente. Denique, quocumque abit, flagellatur, nulli bi aliquid tur minimû mali sui remedium & effugium; quocumque vadit, & seipsum & propriam securum defensionem conscientiam, quæ eum torquet & affligit.* Pœna igitur peccati hæc est, continuuum tormentum, perpetuus cruciatus & tristitia, tremor sine fine. Considera igitur, quod, quoriuscumque insequeris voluptates mundanas, quando amas peccatum tuum, non nisi tuum amertamentum & cruciatum: amas virgas, quibus contumax caderis; cultrum, quo iugularis, & cor tuum confectur: gladium, quo anima tua transuerberatur: amas tuam pœnam, mortem tuam, summam tuam miseriam, & ultimam tuam ruinam & perditionem. Quid tibi emolumentum conferunt Mundi delitiæ: quem ex terrenis diuitiis capis fructum; quam pacem reperis in vana ambitione mundanæ dignitatis, si malleus malæ conscientie cor tuum semper concutiat, si anima tua immenso peccatorum pelago immersa hæreat, si denique omnis à te vota exulet pax & lætitiæ? Dic mihi: quid tibi panis mensa prodesset, si eum non manducares, eo que non dantes famem tuam, quæ est in stomacho? Quid prodes-

set quoque refrigerium aquæ fontanæ, nisi eadem sitis corporis extingueres? Quid utilitatis autemolumentum caperet nudus aliquis, quod vestes conseruaret cistæ inclusas? Talis tu es, & non aduertis, an non cæcus es? Fames, sitis nuditas est ibera animam tuam, in interiori homine, in potentiis internis intellectus & voluntatis: & tu carnem tuam sensualiter enutrire studes, sensibus tuis potum dare satagis, & corporis membra immoderata indumentorum pompâ expolire allaboras. Aperti tandem aliquando oculos, & luminis deprecare Patrem, vt te illuminet. Quod si non te moueat honor Dei, proprium saltem te moueat commodum, & liberatè à culpâ pœnali & infernali peccati, quod non duntaxat, vt culpa, maculat, sed etiam, vt pœna & pœna insuperabilis, & à peccato inseparabilis, torquet & cruciat.

*Peccatum, pondus & onus intolerabile.*

### Caput VI.

**H**oc idem, quod obtingit corpori graui oppresso onere, occurrit animæ graui peccati moli subiecta. Considera parumper, si quispiam suo infortunio sub magno aliquo monte sepultus, eoquæ ita coopertus esset, vt nec aditus nec accessus, vnde succursus sperari posset, ad eum pateret, quid faceret miser ille in tanta angustia & periculo constitutus? quid diceret? Omnem profectò perderet spem effugii, & solum mortis extremam præstolaretur ruinam. Non abilius est miseri peccatoris casus: sepultus iacet sub grauissimo peccati pondere, nec aditus, vnde per se effugere, aut remedium adhiberi possit, vllus datur: quare, quamdiu hoc in statu perseverat, non nisi extremam mortis æternæ, damnationisque ruinam expectare potest. Anima creata est à Deo tota spiritualis, spiritualibusque dotata potentibus, intellectu & volunta-

MOYSI  
IDERI  
O.V.

lunare, quibus veluti duabus expeditissimis alim-  
rum euolare & non supra eminentiam cœli duntaxat  
verum & ad ipsam vsque Dei altitudinem ascendere  
est; at propter peccatum a deo grauis efficitur & pœ-  
rosa, vt magno impetu præceps ruat in imam latam  
abyssum, nec quidquam est, quod eam retardet aut  
tineat.

*S. Antonin*  
*p. 4. tit. 14.*  
*c. 6.*

Id exemplo aliquo à S. Antonino adducto expre-  
ingens esset lapis, puta, molaris, & è cœlo empyreo  
deret, hic persisteret in firmamento, ab eoque, nec  
descenderet, detineretur: & si deinde è cœlo Lunæ  
scenderet, à terra retardaretur, ibique cogere-  
scie, nec ulterius procederet. At Angelus super  
è cœlo ruens empyreo, & graui peccati opprellus  
le nullum inuenit obstaculum, quod ipsius castrum in-  
turbare aut impedire potuit, nihil in descensu de-  
reperit, quod ipsum sustinere valuit: transiit empyreo  
penetrauit elementa, ac præceps ruit in imam latam  
fundissimam abyssum.

*Zachar. c. 3.*  
*Apoc. c. 19.*  
*Hebr. c. 12.*

Quapropter Spiritus sanctus, vt saltem aliquo ex-  
te pondus & grauitatem peccati declararet, vocat  
*massam plumbeam, lapidem molarem magnum,*  
præterea *omne pondus.* Ac si inferre vellet, nullam  
reperiri grauitatem, quæ peccati grauitati æquiparari  
valeat. Graue est pondus mallei, magnum est pondus  
montis, adhuc maius est pondus globi terræ: sed tamen  
hoc nihil est comparatione ponderis peccati quæ immen-  
niti & immensi. Potest vnus Angelus naturalibus  
adiutus duntaxat viribus integros euertere montes,  
eosque de loco in locum transportare, conque-  
mouere terram, confundere elementa: at vim peccati  
nec à seipso separare, nec à proprio loco, in quo de-  
remouere, neque ab anima peccatoris ipsum peccatum  
tollere potest, tamen peccatum esset, quod non potest  
graui; sed inter leuissima etiam & ventialia re-  
retur.

Videamus grauitatis huius rationem & causam  
re peccatum, cum ex natura sua nil aliud sit, nisi præ-  
tio quædam & simplex negatio, imò parum nihil  
men tam immensi ponderis, tantumque ponderis

bitetque, vt nulla in tota Naturæ vniuersitate & circuitu reperitur grauitas, quæ ei comparari possit. Ratio est manifesta, quia in negationem illam, & sub illo nihilo tria inueniuntur & comprehenduntur infiniti ponderis, summæque grauitatis: primum est offensa Dei; quæ aquâ ponderata bilance plus ponderat, quàm mille, imò infiniti Musdi, si darentur. Etenim offensa desumit pondus seu grauitatem suam à persona offensa, & quò hæc est dignior, eò grauior est offensa: vnde offensa Dei infinitè digni, infinitè grauis est.

Secundum, quod continetur in peccato, est pondus & grauitas iræ & indignationis Diuina: pondus intolerabile: pondus insupportabile; pondus horrendum: vt propterea optime dicat Apostolus: *Horrendum est incidere in manus Dei viuentis, & incurere istam Dei irati vindictam. Leorugiet, & quis non timebit? si tememus accipiamus ad rugitum Leonis, quid fiet ad fulgurationem gladii Omnipotentis Dei, quandò virtutem brachii sui, & iustitiæ suæ rigorem manifestabit?*

Tertium, quod peccatum in se comprehendit, est pondus æternæ damnationis: pondus infinitæ pœnæ & æternæ durationis: pondus, quod nec mensuram habet, nec terminum: superat & transcendit omnem cogitatum, omniq; intellectus nostri excedit capacitatem. Quamobrem meritò, veluti supra etiam allegatum est, peccatum à postolus appellat *omne pondus*, id est, *infinitum pondus*: infinitum propter infinitatem offensa Dei, propter infinitatem iræ Dei, propter infinitatem pœnæ. Quicunq; igitur hanc considerat veritatem, eamque, vt deceat, penetrat, quâ ratione in se audeat conseruare peccatum, pondus aded intolerabile? quis grauissimò oppressus mole, cum se exonerare potest, non se exonerat? quid expectas? Annon ab Angelo Domini tēmoneri conspicias & verbis & factis? Ingentem ille accipit lapidem molarem, eumque magno impetui proleciē in mare, dicens: *Hoc imperium mittetur Babylon illa magna, & ultra non inuenietur. Quo facto te docere voluit, quod eodem modo, ni mentem animumque mutaueris, de anima tua sumet vindictam: etenim magno*

Thom. posterior: impē-

MOYSI  
DEREI  
II  
O.V



impetu propter peccati gravitatem anima tua in al-  
sum infernalem precipitabitur.

Peccatum, summa ignominia.

C A P. VII.

*Prov. 35.* **S**tultorum exaltatio, ignominia. Quod à peccato  
putatur esse honor & gloria, si penitus introspectum  
& in statera Dei ponderetur & examinetur, id non  
opprobrium & ignominia esse deprehendetur. Homines  
mundani credunt & arbitrantur esse laudabile propter  
complacere passionibus, viuescunt secundum dictam  
sensus, regulare se iuxta irregularam propriam volun-  
tatis regulam. Sed quàm longissimè ab itinere veritatis  
errant, decipiuntur, & veluti proprio obsecati erro-  
lucem veritatis non aspiciunt, imò obfuscantur in ve-  
bra illius. Progrediamur ad probationem huius verita-  
tis: ac primum obtineat locum auctoritas S. Scripturae.

*1. Reg. 2.* **Q**ui contemnunt me, erunt ignobiles: qui Dei hoc ci-  
dunt honorem, ipsum offendendo Deum, propriam in pa-  
nam patientur honoris iacturam, quia (ut Carthusianus  
præfatæ auctoritati adiungit) ipsa iniquitas & ignobili-  
tas maxima. Secundò probatur ratione: quia culpa  
peccati est macula quædam, quæ animam deturpe-  
& vilem efficit, dum eam rebus se inferioribus, puta  
creaturis per affectum unit & coniungit. Et quemadmo-  
dum peccatum in ratione mali est summum malum, ita  
etiam summa macula est, summa vilitas, summa infamia  
& per consequens animam, in qua est, eodem modo tur-  
pem efficit vilem & infamem. Hanc eandem rationem

*Ose. 9.* **R**edit spiritus sanctus per Oseam Prophetam: Abominabi-  
les, inquit, facti sunt sicut ea, quæ dilexerunt: Peccatores  
indignos & abominabiles se reddidit, propter peccato-  
rum, quæ dilexerunt, abominationes. Enimvero talis Dei  
quisque est, qualis est amor eius: ergo cum peccator ac-  
cipiat iniquitatem & peccati infamiam, ipse se quoque  
reddit infamem. Præterea verus honor solum consistit in  
& corporale

& collocatur in virtute: ergo vera infamia solum in peccato & vitio collocabitur & consistet. Præterea Deus est summa gloria; & summus honor per essentiam: ergo peccatum Deo oppositum summa erit ignominia & infamia. Unde tanquam veritas certa & infallibilis concluditur, quod sicut verus honor consistit in seruire Deo & honorare Deum; ita vera infamia à contrario consistit in peccare & offendere Deum. Videant igitur mundani homines, in quanta viuant cæcitate, cum dicunt *malum bonum, & bonum malum*, honorem appetant veram infamiam, & infamiam honorem. Ergo quicumque verum amat honorem, quicumque se in propria fama & reputatione conservare desiderat, omnino studio & conatu veram & solam ignominiam causam, quæ est peccatum, effugere studeat. Quod si hanc infamiam & ignominiam non apprehenderit in hac vita, apprehendet eandem benè in futura vita, quando oculos aperiet, videbitque, quid sit peccatum, quantumque in se contineat infamiam & abominationem. Hæc ignominiam macula contaminatus erit per totam eternitatem: *Et opprobrium eius non delebitur. Et ut talis & à Deo, & ab omnibus creaturis iudicabitur.* *Mich. 6. 7.* *Prov. 7.*

## De Peccato veniali.

## Cap. VIII.

Inter reliquos errores falsasque opiniones, quibus ob peccati obcecationem incuti de vitiis; sunt mundani homines, hæc quoque admodum grauis est, quod parvipendant peccata venialia. Hæc miseris mundanos inuasit falsa imaginatio & persuasio, ut omne illud, quod genere peccati non est peccatum mortale, quia non priuat Gratiã Dei, exiguum inferat animæ damnum ac nocuum, ac proinde non sit multum curandum. Ad extirpandum hunc errorem, ad eam animæ nociuum salutem, præsens caput inferuet, in quo & de damnis, quæ peccatum veniale animæ causat & infert, & de eiusdem reme-

diistrabitur: supponendo primò, quantum proposito & fini nostro sufficet, cognitionem naturæ & proprietatis peccati venialis. Hinc ergò exordiamur.

*Essentia peccati venialis.*

**I**uxta Doctoris Angelici doctrinam, peccatum veniale non est contra Charitatem; sed contra fervorem Charitatis: non est contra amicitiam Dei; sed contra familiaritatem Dei: nec est contra Gratiâ habitabilem; sed est contra realem. Probatur prima definitio siquidem peccatum veniale in hoc distinguitur à mortali, quod mortale est contra ultimum finem, quod Deus, summum nostrum bonum: ergò etiam est contra charitatem ad consecutionem ultimi finis necessariam; at peccatum veniale non est contra ultimum finem: ergò non tollit charitatem, sed charitatis fervorem. Operatione peccatorum venialium anima ferventer operatur nequit in ordine ad actus charitatis, eò quod Deus pœnam talium peccatorum subtrahat auxilia & consolationes spirituales ad fervorem necessarias. Sic peccatum veniale non tollit, neque aliqua ex parte diminuit Gratiâ & Charitatem; sed tollit solum actus ferventes & intensos Charitatis, quod est idem dicere non diminuit Gratiâ intrinsicè, quantum ad substantiam; sed solum extrinsicè, quantum ad suam operationem; quemadmodum cinis igni superpositus non tollit ignis substantiam, sed operationem durat quia igne coopertus, non, uti primò, calefacit.

Verùm dubitare quis poterit & dicere: Sicut sermo caloris est calor, ita sermo charitatis est charitas: ergò diminuit & tollit quoque Charitatem. Respondetur disparem esse rationem inter calorem & charitatem quia per fervorem charitatis non intelligimus aliquod quod sit intrinsicè charitati; sed solum actum. Unde idem est dicere: peccatum veniale tollit fervorem Charitatis, ac dicere: tollit actus ferventes Charitatis ipsa charitate semper perseverante in sua substantia.

Et ut paucis plura complectamur, dicemus in his



peccatum mortale differre à veniali: quod mortale tollat charitatem & habitum charitatis; veniale vero tollat solum actum: tum quia, dum anima operatur actum aliquem culpæ venialis, eodem tempore actum aliquem charitatis operari nequit; tum etiam, quia post commissum peccatum veniale anima minus habilis & apta efficitur ad exercendos actus feruentes charitatis propter auxiliorum Diuinorum subtractionem, veluti dictum est supra. Cum hoc simul intelligitur alius quidam modus explicandi diuersitatem peccati venialis à mortali, nimirum: peccatum mortale est contra vltimum finem, vti dictum est: veniale est contra media ad Deum, vltimum finem, referibilia. Etenim, dum committitur peccatum veniale, actus ille ad Deum referri non potest: ergo peccatum veniale aduersatur medijs & actibus ad Deum referibilibus, & eisdem tollit: igitur peccatum veniale non est contra vltimum finem; sed contra media, nempe contra actus bonos, quibus medijs tendimus ad vltimum finem.

*Exponitur alio modo essentia  
peccati venialis.*

Eandem doctrinam explicat S. Thomas hoc alio modo: *In charitate sunt quatuor: essentia, inhærentia, actus, seruator. Vltima tria minus possunt per veniale, non autem primum.* q. d. peccatum veniale non tollit essentiam & substantiam charitatis; tollit tamen actum, & diminuit feruorem & vnionem seu inhærentiam.

Ex dictis manet quoque probata secunda definitio peccati venialis: quod, nimirum, non tollat amicitiam Dei, quia non tollit Gratiã; sed est contra familiaritatem, quia nonnullos tollit influxus & inspirationes cœlestes, quarum interuentu & suffragio S. D. M. nobiscum familiariter agit & conuersatur. Probatur etiam tertia definitio, quod peccatum veniale non sit contra Gratiã habitualem, veluti peccatum mortale; sed contra actuaalem excitantem & adiuuantem; quia culpa eius illam impendit, vt dictum est. Et hæc de essentia peccati venialis: ad damna, quæ animæ inferi, pregradiamur.

MOYSII  
IDERRI  
L. II.  
O. V.

Peccatum veniale, Macula  
anima.

**P**rimum peccati venialis damnum est, quod macula & contaminet animam. Quia peccatum veniale non tanta & tam grauis macula sit, quam est peccatum mortale; nihilominus vera aliqua & intrinseca macula est; siquidem peccatum veniale & suam foris malitiam intrinsecam, cum sit actus quidam inordinatus contra rationem, ergo & suam habet maculam: quae macula moralis nihil aliud est, quam deordinatio quaedam moralis; ergo est macula & deturpatio animae. Hanc doctrinam declarat S. Thomas hoc exemplo: *Sicut in aliquo corpore contingit esse maculam duplici modo: uno modo per priuationem, V. g. coloris; alio modo per inductionem alicuius impediens colorem, puta linteum pulueris; ita & in animam inducitur macula: primo modo peccatum mortale, secundo veniale, quod non tollit gratiam, sed eam dumtaxat impedit quantum ad operationem.* Considera igitur pulchram imaginem & similitudinem Dei, quae animae nostrae, mediante Gratia, inest: & quae ratione deinde peccatum veniale quamuis non tollat imaginis substantiam, nihilominus pulchritudinem eius & decorem cooperiat, efficitque, ne forissecus in actibus, vti deberet, compareat & quod magis multiplicetur peccata venialia, eodem modo puluis, quo obducatur, adaugeatur: vnde miseratus est diues, quia nihil ei profuit diuitiae suae; pulchra autem sua non gaudet pulchritudine. Explicatur eadem veritas alio quodam simili exemplo: sicut in corpore operitur duplex nitor & splendor: vnus coloris, & intrinsecus; luminis alter; & extrinsecus; ad eundem modum in anima est splendor intrinsecus, Gratiae scilicet habitualis; & extrinsecus, nempe, Gratiae actualis. Peccatum mortale est macula tollens primum lumen; peccatum veniale est macula tollens secundum.

*Peccatum veniale, Offensa Dei.*

**P**eccatum veniale non solum est macula contaminans & deturpans animam, verum etiam offensa est, quia displicet Deo, ergo offendit: Et iuxta hunc sensum de peccatis venialibus locutus est Apostolus, quando dixit: *In multis offendimus omnes*, puta, in multis occasionibus, quae sunt peccata venialia. Praeterea probatur: quia peccatum veniale modo suo est *aversio à Deo, & conversio ad creaturam*, eum peccans peccato veniali eo ipso ad Deum se referre nequeat: ergo qui peccat venialiter, in quantum tale committit peccatum, certo quodam modo à Deo aversus & alienus est, est conversus quoque ad creaturas, veluti ad obiectum non referibile ad Deum, esto rationem ultimi finis in tali obiecto non collocet.

Hinc colligitur, quantum damnum conferat peccatum veniale, quando semoto rationis freno & timore Dei iuxta sensualitatis exigentiam multiplicatur. Quia quamdiu anima in malo illo habitu constituta est, non facit aliud, nisi continuo offendere Deum, & non nisi Deo displicere studet, & exiguam valde illius curam & existimationem se habere demonstrat. Quid faceret Dominus, si domi suae famulum haberet continuo inobedientem in rebus etiam minimis & ordinariis: & Dominus iubente hoc, ille ageret aliud: & tamen non eriperet ei honorem aut vitam, nihil tamen curaret, quod Dominum offendar, & ad indignationem provocet? Profecto huiusmodi famulo pronunciaré & ominari possemus, non diutius eum in domo & in gratia Domini sui perseveraturam. Hoc idem facile continget ei, qui nullam peccatorum venialium evitandorum curam habet, eod quod ea non graues sed leues Dei offensas esse existimet: quia licet peccatum veniale respectu mortalis offensa leuis censeatur, consideratum tamen in se ipso & in ordine ad summam & infinitam Maiestatem personae offensa, & ad vilitatem personae offendentis valde grauis offensa censenda, & vt talis odio habenda & abhorrenda est, ac Diuinâ patrocinate Gratiâ curandum, nè vnquam incurramus peccata deliberata & voluntaria, etiam venialia.

*Peccatum veniale, contrarium  
Legi Dei.*

**P**eccatum veniale non tantum est præter legem Dei, sed etiam contra legem Dei. Quia lex Dei, cum seipsa sit iusta & sancta, omnem culpam, omne peccatum & graue & leue prohibet: ergo non solum peccatum mortale, sed etiam veniale est contra legem Dei. Quamuis non desint Authores, qui negent hunc modum loquendi, asserantque peccatum veniale non esse contra legem Dei, si sermo est de lege charitatis, contra quam non est peccatum veniale, quia non tollit charitatem; concedant verò prædictum modum loquendi, sermo est de lege Dei vniuersali, in quo sensu & nomine loquimur.

*Peccatum veniale habet reatum  
pœnæ.*

**P**eccatum veniale præter culpam continet etiam reatum, qui est dignitas & obligatio pœnæ, non quædam æternæ, vt est in peccato mortali; sed temporariæ, aut in hac vita, aut in Purgatorio expiandæ. Cuiusmodi veniali peccato, tamen minimo, Diuina iustitia pœnam constituit: & quamuis quilibet peccator ipsa considerata videatur exigua: simul tamen iunctæ & vnitæ ingentem efficiunt cumulum: Si contempnis, & appendis, expauesce, cum numeras: si parui pendis pœnam peccati venialis, quandò eam solam per seipsum consideras: time & treme in consideratione eius cum alijs simul vnitæ. Enimverò coniectæ pœnæ peccatorum venialium totâ vitâ commissorum immensæ quasi conficiunt massam pœnarum: eoque attingere possunt, vt superent pœnam alicui mortali peccato debitam. Tantum possunt multiplicari pœnæ venialium, vt simul sumptæ superent pœnam vnius mortalis. Non est sermo de pœna damni; sed solum de pœna sensus: nam si vnum peccatum mortale promerebitur

gradus tormenti ignis; decem millia peccatorum venialium; sic cuiuslibet medius corresponderet gradus, promerebunt quinque millia graduum: sicque horum poena superabit poenam illius: vnde simul stare potest, quod anima in purgatorio plus patiatur ab illius igne propter peccata venialia, quam mala damnata anima patiatur ab igne infernali propter mortalia. *Expansce* igitur cum Augustino, considerando peccata venialia non per se sola; sed in sua multitudine & vnione culpam & poenarum.

Ultra hanc poenam, quae peccato veniali ex natura sua competit: idem etiam peccatum subiacet poenae aeternae *per accidens*, nimirum, propter vnionem, quam habet cum peccato mortali in Inferno. Ratio est, quia peccatum ibidem nullam habet remissionem: ergo nec peccatum veniale ibidem remittetur; sed semper durabit, ac per consequens semper punietur. Neque in futura vita duntaxat; sed etiam in praesenti quis patitur damnum temporale peccatorum venialium; quia, sicut nonnulla bona opera hominum peccatorum, etsi non mereantur vitam aeternam, merentur tamen aliqua bona temporalia in hac vita, puta diuitias honores &c. veluti docet S. Augustinus; ita quaedam opera mala Iustorum non merentur poenam aeternam, sed temporalem, puta, afflictiones, bonorum iacturam, & nonnuquam etiam ipsam mortem. Quemadmodum videre est in morte illata Moysi propter exiguam fiduciam, vel, vt alii volunt, propter impatientiam in tollerando tumultum populi, quae fuit *peccatum veniale* & *leue*, vt notat S. Augustinus: Et patet etiam in Oza, qui *mortuus est morte improvisa*, quia tetigit *Arcam irreuerenter*, seu cum exigua reuerentia, quae fuit culpa solum venialis, vt notat Abulensis: & denique in alio Propheta, qui *cum abiisset, inuenit eum leo, & occidit*, eo quod intermisit orare, donec Deus dedisset ei lumen, quo intellexisset sanctissimam eius voluntatem: *Non debet faciliter credere, sed Dominum inuocare, vt sibi super hoc veritatem ostenderet.* Nihilominus defectus ille orandi fuit solum venialis, quia simul habuit timorem offendendi Deum: *Timuit enim ille bonus Prophe-*  
*ta of.*

MOYSI  
 IDEREI  
 I  
 O V

ea offendere Deum: nisi obediisset ficto illi Propheta  
quem verum & sanctum Prophetam existimabat.

*Peccatum veniale disponit ad  
mortale.*

**P**receptum damnatum, quod peccatum veniale con-  
fert animæ, est, quod disponat animam ad peccatum  
mortale. Dispositio desumit naturam suam à forma  
quam disponit: quantum igitur malum erit peccatum  
veniale, dum forma, ad quam disponit, est peccatum  
mortale, quod est summum malum. Huius effectus  
tres assignantur rationes: quia in pœnam peccatorum  
venialium diminuuntur Diuina auxilia supernaturalia  
accrefcunt tentationes carnis & Dæmonis: habitum  
in paruum, disponitur ad magna: quemadmodum qui  
fuescit furari res paruas & minutas, paulatim occasum  
datâ furabitur res maioris ponderis & pretii. Erat  
de effectu & damno peccati venialis. Ad remedia pro-  
cedamus.

Ac primò apprehendendum est peccatum veniale  
tanquam magnum malum; & plus timendum, quam  
omnia temporalia præsentis vitæ damna, & plus etiam  
quam ipsa æterna Inferni pœna, seclusâ culpâ, veluti  
Iud timuere omnes Sancti.

Primò, quia non solum disponit ad peccatum mor-  
tale, vti dictum est, sed nonnunquam etiam transit  
mortale, idque in pluribus casibus: primò, ratione vitii  
in finem: Nullum peccatum ad id veniale, quod non vitium  
criminale, dum placet, & amatur vt vltimus finis. Se-  
cundò, ratione malæ intentionis: veluti qui dicit  
mendacium, vt furaretur. Tertio ratione scandali.  
Quartò ratione periculi prolabendi in peccatum mor-  
tale. Quintò & vltimò, ratione contemptus: sicut qui  
committeret aliquod peccatum veniale, nè obediret  
Deo, & hoc contemneret & parui æstimaret.

Secundò, timeadum ac fugiendum est peccatum  
veniale propter pœnam spiritualem, quâ puniunt à Deo  
in hac vita: & est attenuatio seu diminutio Diuini or-  
dinis.

auxiliorum, quæ in tribus Dei beneficiis consistunt: in  
*protectione, excitatione & directione.* Quia Deus in pœ-  
 nam peccatorum venialium primò nos non protegit ac  
 defendit à tentationibus Dæmonum, ut prius faciebat;  
 sed maiorem eis concedit & permittit tentandi potesta-  
 tem. Secundò, Diuinæ excitationes & inspirationes,  
 quibus Deus affectum hominis à creaturis auocat & re-  
 trahit, & in cœlum subleuat, sunt rariores. Tertio,  
 patiora sunt auxilia directionis & executionis operum.

Neque Deus punit duntaxat hac pœnâ spiritali de-  
 fectus, in quibus est culpa; verùm etiam eos, qui abs-  
 que culpâ existunt, & solum dicunt defectum perfectio-  
 nis: ut quod non correspondemus Diuinis inspiratio-  
 nibus, ad quas non obligamur. Hos defectus non ca-  
 stigat Dominus Deus noster pœnâ positivâ (quia ubi  
 non est culpa, ibi nec datur pœna) sed pœnâ priuatiuâ,  
 attenuando & diminuendo Diuinæ gratiæ auxilia: ete-  
 nim Deus ita nobiscum agit, sicuti nos agimus cum Deo  
 (Cum iusto iustus eris, & cum peruerso peruertèris) Ergò  
 si nos simus parci & avari in Deum, & non nisi id, ad quod  
 sub peccato obligamur, facere volumus; Deus quoq; par-  
 cus erit nobiscum, ac manum liberalem in Diuinis suis  
 distribuendis donis & beneficiis contrahet. Avertendū  
 insuper, eum, qui non correspondet Diuinæ, vocatio-  
 ni, frequenter à culpa haud esse liberum; quia eandem  
 executioni mundare omittit, non propter aliquod mo-  
 tiuum rationabilis; sed propter aliquam passionem fa-  
 stidii, pigritiæ, & superflui affectus ad rem terrenam: *Less. ubi*  
 & operari ex passione est malum & peccatum: quia *sup.*  
 cum homo sit rationalis, eius motiuum ope-  
 randi non passio, sed ratio sit,  
 oportet.

*Less. ubi  
sup.*

*Psal. 17.*

*Less. ubi  
sup.*



Expq.

*Exponitur alio modo, quomodo peccatum  
veniale disponat ad mor-  
tale.*

**P**unitur insuper hęc pœnã Spirituali & priuati-  
onis & negligentia in via Dei: quando Christo-  
nus est frigidus tepidus & negligens in domandis  
passionibus, in crescendo & perficiendo se in virtutibus  
quia signum est, parum ab eo Gratiam Dei æstimare  
cum eam amissionis exponit periculo; & quia compen-  
diat, attenuatis paulatim Diuinis auxiliis & de-  
nutis, permittit Deus, vt perdat & amittat Gratiam  
& corruat in peccata grauiora. Ut igitur tantum ead-  
em periculum, magni æstimandum est salutis nostri  
negotium. A sacris Doctoribus tres curę & diligenter  
distinguantur species: *maxima, moderata, & minima.*  
prima impendenda est negotio salutis: secunda rebus  
vitam humanam necessariis: tertia rebus superfluis  
iuxta Diuinum oraculum: *Primum quartum regnum  
Dei, quod est negotium salutis, & hæc omnia adiunguntur  
vobis, quę, nimirum necessaria sunt ad corporalem  
sustentationem.*

Cuncta peccata venialia timenda & fugienda sunt:  
in particulari ea, quę sunt magis voluntaria. Tres  
eorum inordinatorum distinguuntur species: *primi, secundi,  
& tertii.* Primis nulla inest culpa, quia nihil voluntarii  
adest & inest eis: in secundis est aliqua culpa, quia  
aliquid voluntarii, licet imperfectum, inest eis: in tertius  
est plena culpa, quia plenum & deliberandum  
est voluntarium; siquidem plena est scientiã, & plena  
deliberatione. Hi vltimi debent vitari: omnes: quia  
eos committimus sceleratim & volentes: non ita  
secundi, qui committuntur ex ignorantia nature, & de  
quibus intelligitur, quod *in die cadit iustus.* Inter  
hęc peccata venialia voluntaria & deliberata, vt dictum  
est, maiori diligentia vitanda sunt, quę sunt periculosa.  
Hęc particulari diligentia fugienda sunt peccata venialia, & am-  
plius



quæ sunt proximiora peccato mortali.


Præterea distinguunt Theologi tres species peccatorum venialium *ex genere, ex parvitate materia, & ex defectu voluntatis*: primæ speciei sunt illa, quæ crescendo intra proprium obiectum & materiam nunquam attingunt peccatum mortale: sicut est verbum otiosum, & dicere mendacium: secundæ speciei peccata venialia, intra proprium obiectum & materiam, absque eo quod transcant ad aliam speciem, sunt mortalia: veluti furari. Enimvero, si res ablata est levis momenti, & exigui valoris, est peccatum veniale; at crescente materiâ & valore, accrescet quoque peccatum, & erit mortale: vicinæ quoque speciei peccata venialia transire possunt in mortalia. Insurgit v. g. affectus quidam odii, aut amoris sensualis: si aut nihil, aut valde parum aduertatur, non est peccatum mortale, sed veniale: si crescat aduertentia, & plenè cognoscatur, & desideretur, aut in eo anima sibi complaceat, est peccatum mortale. Præterea inter hæc peccata venialia, possunt esse mortalia, nonnulla minus vicina, aliqua verò proxima sunt peccato mortali, & hæc maiori cautela & vigilantia evitari debent: exempli causâ, intueri obiectum aliquod scandalosum est peccatum veniale, at facilè transire potest in mortale, quia ex cognitione facilis datur transitus ad affectum: legere librum minus honestum peccatum veniale est, si solum legatur ex curiositate aut vanitate: at per hoc medium facilè peruenire potest ad mortale: quia ex vanitate fieri solet transitus ad sensualitatem: & quod primò legebatur ex curiositate, postea legitur cum sensualitate & maligno affectu. Tale fuit peccatum nostrorum Protoparentum: Eva namque vidit pomum curiositate aliqua ducta: ex visu transiit ad tactum, de tacto ad esum: *Vidit, tulit & comedit*. Idem dicendum est aspectu alicuius picturæ non ad eò honestæ, de spectandis comædiis haud obscenitis: quando enim sunt huiusmodi; quod *contineant suspicia dicta vel facta* est peccatum mortale. Hæc igitur & similia peccata v. *S. Thom.* venialia præ cæteris fugienda sunt, quia facilius perpetranda ad peccatum mortale. *loc. cit.*

QUA

*Qua ratione oporteat unumquemq; effectum  
in evitandis peccatis  
venialibus.*

Quanta hæc esse debeat cautela & diligentia, docet sanctus Chrysostomus, cum ait: *Mirabile est auditum dicere audeo: maiori studio mihi videntur peccata vitanda, quam magna. Hæc sua gravitate solertes, illa sua parvitate desides nos reddunt.* Vult certe sanctus Doctor, peccatum veniale ab vna parte habet quasi malum peccati mortalis, in quantum ponit & trahit ad mortale: ab alia parte non habet bonum (vt ita loquar) eiusdem peccati mortalis, quod nos non deterret, neque timidos nos efficit, vt in mortale. Quod igitur deest peccato veniali exterrere, id diligentia & cautela nostrâ supplet debemus. Sanctus Bernardus valdè exaggerat negligentiam eorum, qui nihili faciunt & curant peccata venialia. *Nemo, ait, dicat in corde suo: leuia sunt ista, leuia sunt. venialia sunt, non curo corrigere. Hæc enim, peccata venialia, est impenitentia, hæc blasphemia in Spiritum sanctum, & blasphemia irremissibilis.* Quæ sententia ita explicanda est: aut quod in genere peccatorum venialium sit impenitentia, nec vnquam de his verus habeatur dolor: aut quod, qui haberet animum & propositum committendi omnia omnis generis peccata venialia, committeret peccatum mortale propter euidens periculum incurrendi illud. Pro explicandione, quantum sit periculum peccati venialis, propter magnam, quam cum mortali habet, vicinitatem. Varius Sancti Patres vtuntur comparationibus & similitudinibus. Sanctus Nazianzenus peccatum veniale comparat euidam scintillæ ignis, qua magnum excitat incendium: *Ingentem flammam exigua scintilla excitat.* Sanctus Augustinus assimilat illud granis arenæ & guttis maris: *Minutissima sunt granis arenæ: tamen si in nauim mittuntur, mergunt illam. Quia minutissima sunt gutta pluuiæ: nonne flumina implent, & domos de-*

iiciunt? Adeundem modum multa peccata venialia  
 etiam per se non sunt mortalia, mortale efficiunt. Sanctus  
 Ephrem vititur similitudine retis, quo capiuntur aues:  
 Per unquam detinetur avis, & tamen totum corpus ca-  
 pitur. Hoc illud ipsum est, quod dicere solebat san-  
 ctus Franciscus: Sufficit Dæmoni habere de nobis tenuis-  
 simum capillum, (videlicet vnicum solum peccatum ve-  
 niale & habitualis) quem fortissimum funem efficit ad at-  
 ligandum, quia vno nos trahit ad aliud, quousque nos  
 inducat ad mortale. Cassianus profert similitudinem  
 stillicidii, quod continuo casu cauat lapidem: sic pec-  
 catum veniale continuando disponit & introducit ad  
 mortale. Sanctus Thomas docet peccatum veniale  
 & mortale se habere instar infirmitatis & mortis; nam  
 quemadmodum febris, aut alia infirmitas disponit ad  
 mortem; ita veniale ad mortale. Caietanus adiungit,  
 quod sicut duplex datur ciborum genus; vnum destructi-  
 uum vitæ, ut est venenum; aliud perturbativum hu-  
 morum, veluti est cibus nocivus: ita peccatum mor-  
 tale tollit vitam Gratiæ, & peccatum veniale tollit  
 actus, uti supra dictum fuit. Concludam hoc pun-  
 ctum sententiâ Christi, quæ magni ponderis est in hac  
 materia: *Omne verbum otiosum, quod locuti fuerint Matth. 12.*  
*homines, reddent rationem de eo in die Iudicii* (& idem  
 intelligendum est de cogitationibus & operibus otio-  
 sis) Et loquitur Christus Dominus de peccato veniali  
 etiam leuissimo, quod potest esse, veluti est verbum  
 otiosum. Quid dicatur de cæteris grauioribus, quæ  
 continuo committuntur & in tam copioso numero  
 Remanet igitur probatum, peccata venialia non esse  
 mala leuia, adeoque non esse flocci facienda, sed  
 omni curâ & diligentia esse fugienda. Hoc idem  
 adhuc nonnullis declaremus  
 exemplis.



*Prædicta confirmantur exem-  
plis.*

**L**egitur de sancto Aicardo, quod, quia vice quædam  
extra horam consuetam monasterii se tondere con-  
uit, subitò eodem in loco ei comparuit Dæmon, qui  
colligebat, & numerabat capillos; & numerum capil-  
lorum scribebat in libro, quem secum ferebat. Inter-  
rogauit eum vir sanctus, quid hoc factò intenderet. Re-  
spondit Dæmon; se præmium accepturum, si ad rursus  
de Aicardo: & subitò disparuit. Sanctus hic vitam  
morâ, non expectans tonsuræ finem, adiuu locum  
piculi, & in præsentia aliorum Fratrum passus est culpam  
suam, condignam de ea simul exigens penitentiam.  
quia Dominus Deus voluit declarare omnibus Religio-  
sis, quàm gratum acceptumque habuisset huiusmodi  
actum, quodque defectum commissum ei remissum  
sanctum virum omnino & completè tonsuram eorum  
omnes non sine miraculo. In hoc exemplo veritas  
conspicitur sententia & promissio Christo; *Capillus  
capite vestro non peribit*: etenim omnis actus etiam in-  
nimus, seu bonus, seu malus, debitâ gaudebit mercede  
in extremo Dei iudicio.

In monasterio S. Odonis erat quidam Religiosus  
emplaris & bonæ vitæ, qui in agone mortis confitens  
cæteris Fratribus circumstantibus & animæ suæ cura  
gerentibus inelamare cœpit: *Adiuuate me, obsecro: in  
raptus fui ad Tribunal Christi, Ecce teterrimus huius  
generis hostis, & accusator Diabolus sæculum pleu-  
micis ostentauit, quas ego pro consuetudine comedere  
soli, atque ita à mensa deciderunt. Paulo post rursus clamauit  
horrendè in modum: eni adest Diabolus, ferens sæculum  
quo dixi vobis. Et sic à te ipsum se signo Crucis communi-  
cans, inter preces reddidit spiritum.* Ex quo exemplo  
ligitur, quod si Dæmon ipsa mortis horâ propter  
exiguos defectus nos aggredi & inuadere audeat, si pe-  
ccata adeò leuia tantùm nobis ingerant timorem & ter-  
rorem eo tempore, quo abhinc migrandum est, quod

non facient defectus & peccata grauiora ? quantum timorem nobis conferet multitudo peccatorum venialium non micatum, aut capillorum, sed gula, superbia, auaritia, aedia, loquacitatis, murmuratio- num, vanitatis vestimentorum & simihum?

De Vandregisilo Abbate refertur, quod variis, horrendisque nocturnis apparitionibus peccatariam sollicitudinem in quietem intentu- bantibus vexatus à Damone, nocte quadam, cum valde defatigatus & somni indigus esset, ultra solutum somno indulsit. Illico adfuit hostis & illudens ait: Te vigilantior hac nocte fui. Respondit Sanctus: Non dubito, sed in ruinam aliorum, & cum- lum tua damnationis. Et vir sanctus subito è lecto sur- gens alperam valde egit pœnitentiam, longo temporis spatio decumbens in niue & glacie.


De quodam alio Religioso magno Deifamulo nar- ratur, quod extremo agonis tempore magno correptus timore, tremore & sudore hæc edixerit verba: O bone Iesu, condona mihi hoc modicum, exiguum hunc defe- ctum. Et deinde circumstantes alloquendo Religio- sos, dixerit: hac horâ, hocque temporis puncto modi- ca peccata inter magna computantur. Verum suffi- ciente Beatissimâ, Virgine Dei Matre, quæ ei apparue- rat, quæ se hæc obdormiuit in Domino. Plura alia exempla, quæ in testimonium & probationem ve- ritatis huius adduci possunt, prætermitto, sufficien- iam adducta. Ad secundum progredior medium, quod est, vt manum admoveamus operi, mortifican- tes extirpantesque peccatorum venialium radices, quæ sunt passionés nostræ.

Sur tom. 4. 25. Iulii.

Discip. ser. 9.

Francis. Didac. in Histor. Prouin. A- rago. Ord. Prad. Hist. & Leander in Chron.

LOYSII  
DERET  
O V



Thom. posterior.

F

Mor-

*Mortificatio passionum tollit peccata  
venialium radices.*

**P**otest alicui in mentem venire, quod esse liberum à peccato mortali solum & vnicum medium salutem necessarium: ac fugam venialium esse solum medium vtile, non necessarium. Quod in vno sensu est, in altero falsum. Verum est, quod peccatum veniale non tollat ius ad vitam æternam, quod admodum tollit mortale: & in hoc sensu; esse liberum à peccatis venialibus non est medium ad salutem necessarium, veluti esse liberum à mortalibus; at in sensu, nimirum, quod peccatum veniale non impediat executionem salutis & ingressum ad Gloriam, falsum est: quia nihil in cælum intrabit vllâ, seu graui seu leui, coinquinatum maculâ. Et in hoc sensu liberum à peccatis venialibus ad salutem necessarium est; tamen id minimè factum opus sit & necessarium hac vita, cum etiam in purgatorio fieri possit. Et veritate oritur necessitas, quâ ab omni peccato veniali nobis cauere, & cauere, vnde illud nascitur, quod sunt passiones nostræ inordinatæ, opportunum adhibere tenemur remedium. Sunt igitur vndecim passiones nostræ, veluti vndecim fontes aut scaturigines, vnde cunctæ (nisi virtute fræneniur) deordinationis peccata, tum grauiâ, tum leuiâ, nascuntur. Quod propter in statu originali, in quo passiones frænitæ originalis erant edomitæ, homo peccatis venialibus nequiquam subiectus erat. Modus igitur mortificandi omnes passiones est moderari passionem Amorem à qua reliquæ omnes dependent: & ordinato Amore ad verum bonum, quod est summum bonum Dei, ceteræ passiones ad eundem finem pariter ordinatæ erunt. Amor tunc dicitur inordinatus, quando inordinatus superfluo affectu vnitur creaturis. Et si affectus est, vt eas amet *super Deum*, & plus quàm Deum, Diuinam eius legem æstimet, appetiturque, tale peccatum est. Exempli causâ; quia auarus p-

*S. Tho. p. 9.* libris nequiquam subiectus erat. Modus igitur mortificandi omnes passiones est moderari passionem Amorem à qua reliquæ omnes dependent: & ordinato Amore ad verum bonum, quod est summum bonum Dei, ceteræ passiones ad eundem finem pariter ordinatæ erunt. Amor tunc dicitur inordinatus, quando inordinatus superfluo affectu vnitur creaturis. Et si affectus est, vt eas amet *super Deum*, & plus quàm Deum, Diuinam eius legem æstimet, appetiturque, tale peccatum est. Exempli causâ; quia auarus p-

*S. Tho. 1. 2.*  
9. 88.

propter affectum, quem habet ad pecunias, plurius facit lu-  
 crum, quam Dei legem, ideo affectus ille est pecca-  
 tum mortale, veu, si affectus inordinat<sup>9</sup>, qui defertur crea-  
 turis, est *infra Deum*, ac Deum eiusque sanctam legem  
 plurius aethmet, inordinatio illa solum est peccatum ve-  
 niale. Hoc affectu amat Justus plurimas res creatas,  
 excedendo in earum vsu, ac rectam semper retinet in-  
 tentionem nihil faciendi contra precepta Dei. Hic amo-  
 ris inordinatus status est. Madum ad eundem ordinar-  
 dum ac regulandum perlustremus obseruandum. Mo-  
 pus est dirigere & ordinare Amorem ad verum bonum,  
 quod est solum & summum bonum? quia verum obie-  
 ctum, quod nostrum explet & satiat amorem, duas  
 condiciones habere debet, *nullam rationem mali, om-  
 nem rationem boni*. Hæ condiciones deficiunt in om-  
 nibus obiectis creatis, ac in Deo duntaxat reperuntur,  
 ut manifestum est. Solus igitur Deus veri Amoris ob-  
 iectum est. Regulara & ordinata primâ passione Amo-  
 ris modo iam dicto, cæteræ quoque regularæ manebunt:  
 quia, quotiescunque ego amo solum Deum, & cætera  
 extra Deum propter ipsum Deum: eodem modo pro-  
 cedet passiones Desiderii, Gaudii, Odii, Fugæ & Tristitiæ,  
 passiones appetitus concupiscibilis: quia Desiderium so-  
 lum tendit ad Deum, & ad reliqua propter Deum. Eo-  
 dem modo discusso de Gaudio: gaudebo de Deo, &  
 de creaturis propter Deum. Et quia idem amor, qui mo-  
 uet ad desiderandum bonum obiecti amati, mouet et-  
 iam ad odio prosequendum & fugiendum eiusdem ob-  
 iecti malum, ideo reliquæ tres passiones Odii, Fugæ  
 & Tristitiæ ordinantur ad peccatum: odio habendo  
 peccatum, in quantum est offensa Dei, & insuper fu-  
 giendo illud, ac, quando incurrimus huiusmodi offen-  
 sam, concipiendo dolorem & tristitiam. Super sunt  
 reliquæ passiones Irascibilis, quæ eodem modo regu-  
 landæ ac ordinandæ sunt. Spe debemus confidere in  
 potentia Dei: Desperatione desperare & diffidere de  
 propriis viribus: Timore respicere Deum, qui *potest  
 corpus & animam perdere in gehennam*. Audaciâ su-  
 perare difficultates, quæ in seruitio Dei occurrunt: Irâ  
 deniq; in nos ipsos exæstuarere debemus, quando à debi-  
 to, quod

to, quod Deo debemus, deficiamus & declinamus. Et  
 quomodo prima passio Amoris, Dominæ instar ac-  
 gna, reliquas omnes regulet & ordinet. Pro  
 praxi bene capiendâ ac penetranda est hæc veritas:  
 passiones animæ sint veluti feræ atroces, quæ contu-  
 gnadant animam, eamque aut peccato veniali ecclia-  
 re & enervare, aut mortali devorare nitantur, quod  
 ab harum vna, si succumbat, in morte vitimam  
 ptura sit damnationem. Ergo modò easdem mortali-  
 re debemus, sacrificantes illis pedibus Crucifixi, et  
 nesque ad gloriam & honorem eius offerentes. Venit  
 quia hæc passiones, est mortificentur & sacrificem  
 Deo, sæpè tamen de nouo reuiuiscunt, & ad prius  
 redeunt statum: ideo alia remedia in promptu habere  
 sunt, vt hos prauos partus & surculos subito extirpet  
 & euellamus.

*Nonnulli adduntur modi ad tollendas  
 culpas veniales.*

*Suarez 20.* **Q**uemadmodum magna facilitate committuntur  
 4. disp. 11. peccata venialia; ita Diuina disposuit Promittit  
 sect. 3. remedia, vt plurima nobis adsint pro illis remittendis remedia  
 quorum aliqua in praxi faciliora hic adducam.  
 Ac primum eadem, quæ contra peccatum mortale  
 feruntur remedia, sunt etiam contra veniale peccatum  
 & contra hoc efficaciora, vt sunt Contritio, Amor De-  
 Confessio Sacramentalis. Verum ultra hæc adhuc plu-  
 ra alia sunt: primum est Attritio supernaturalis. Secun-  
 dum, omnis actus virtutis supernaturalis peccato veniali  
 li contrarius & oppositus: exempli gratiâ: propter pec-  
 cata venialia Superbiæ exercere actus Humilitatis con-  
 trarios. Tertium, omnis actus supernaturalis, esto non  
 contrarius & oppositus, elui affirmat. S. Augustinus  
 8. Aug. En. dicit: Sufficit omne opus pietatis. Quartum, sola oratio  
 chir. c. 41. quâ a Deo petimus remissionem peccatorum venialium  
 absque alicuius actus virtutis exercitio. Ad hæc iam  
 censita remedia, vt expungant delectantque peccata venialia,  
 lia, duæ requiruntur conditiones. Prima, vt nulla ad  
 con-



complacencia in talibus peccatis. Secunda, ut à nobis apprehendantur tanquam media contra venialia. Quintum, sacra communio, in qua ex opere operato remittuntur peccata venialia.

Ultra hæc media dantur alia Sacramentalia, quæ, ut nonnulli volunt, ex opere operato peccata venialia remittunt, modò ad sint ambæ conditiones suprâ allatæ, nimirum, si omnis exulet complacencia, & adhibeantur tanquam media contra venialia. Huiusmodi Sacramentalia sunt septem: Aqua benedicta. Oratio Dominicalis. Confiteor, Jeiuium, Eleemosyna, peccatoris unctio seu percussio, Benedictio Episcopalis In praxi, quando capis aquam benedictam, ralem habere debes intentionem, ut eam accipias tanquam remedium contra venialia. Et sic de aliis.

Hæc sunt quindecim remedia ad expungenda peccata venialia. Verùm super omnia vauum est efficacissimum, nempe familiaritas Dei: *Quæ est, ad amplexus cœlestis Sponsi venire, & cuius causâ, ut docet Angelicus, S. Tho. 3. p. q. 87. a. 3. Angeli sancti peccata venialia committere nequeunt, qui semper viuunt ip familiaritate & præsentia Dei, non considerando, quæ sunt ad finem, nisi in ordine ad finem, id est, non considerando creaturas, quæ sunt media, nisi in ordine ad Deum, vltimum finem.*

Possit hic quispiam petere, an ad remissionem peccatorum venialium sit necessaria Gratia? Respondeo breuiter, necessariam esse Gratiã auxiliãntem seu actualem, quâ mediante sunt actus virtuosus supernaturales peccatorum venialium remissiuu, non verò Gratiã sanctificantem seu habitualem, quia non est opposita peccato veniali, cum similitate possint. Et quanquam remissio venialium non fit ab ipsa, ut iam dictum est, non est tamen sine ipsa: quia actus ille virtutis supernaturalis, cum est in subiecto grato, veluti supponitur, producit augmentum Gratiæ sanctificantis. Quamobrem dicitur remissionem venialium esse cû Gratia, sed non à Gratia.

Hæc de peccato veniali, & quantum ad grauitatem, & cautelam, quâ illud fugiendum, & quantum ad modum, quo iam commissum ab anima tollendum est, præ dispositione ad bonam mortem dicta sufficiant.